



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Quae causae excusent ab huius praeccepti obseruatione. punct. 10

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

Quæ causæ excusent ab huius præcepti obseruatione.

- 1 Expenduntur opera, quæ ob religionem excusantur, tametsi aliâs seruilia essent.
- 2 Ex causa pietatis qui excusantur.
- 3 Expenduntur qui sint excusati ex causa necessitatis publicæ, vel priuatæ, propriæ, vel alienæ.
- 4 Supradictæ causæ religionis, pietatis, & necessitatis debent esse moraliter certæ, ut excusent.
- 5 Qui excusantur ex dispensatione, & qui possunt dispensare.

Variæ sunt causæ excusantes ad 4. capitulum, eas reducere possumus, religionem scilicet pietatem, necessitatem, & dispensationem. Et causa religionis excusantur opera diuino cultui seruientia; hæc autem sunt in triplici differentia, quædam per se diuino cultui inferuntur, alia præparant ad illum, alia remouent, & per accidens conducunt. Quæ per se diuino cultui inferuntur, licita sunt; quia tunc dici non possunt propriè seruilia, cum per illa non hominibus, sed Deo seruiatur. Unde licitum est deferre cracem, organa, & cymbala pulsare, aliisque musicis instrumentis uti: sic omnes Doctores. Quæ uerò præparant diuinum cultum non debent fieri die festo, si ante præuenti possunt; quia sunt actiones de se communes hominum seruicio. At si ex industria in die festo fiant, non uidentur culpam ueniam excedere festo contemptu, aliisque circumstantiis extrinsecis. Quia huiusmodi actiones ex coniunctione diuini cultus amittunt maximam ex parte rationem seruientis; à qua de causa earum labor solum culpam ueniam constituit: sic Caiet. in sum. verbo festorum uolatio, & 2. 2. quest. 122. art. 4. Suar. 2. 2. de relig. lib. 2. de festis, cap. 21. num. 11. Azor. 2. p. inst. moral. lib. 1. cap. 28. §. 5. Fagundez lib. 1. de quinque Eccles. præcept. cap. 14. num. 4. Bonac. disput. 5. de tertio decal. præcept. quest. unica, p. 3. num. 6. & alij. Ex qua doctrina ferè omnes relati Doctores inferunt solum culpam ueniam esse absque rationabili causa die festo panes azimos coquere, templum verrere, parietes illius tapeibus ornare, tabularum facere in templo à solemnitate peritum, publicas uias mundare, si futura est processio, & alia eiusmodi, quia hæc ob coniunctionem diuini cultus leuis materia reputantur. Dixi si absque rationabili causa fiant die festo, cum possint die profesto præueniri: nam si aliqua causa rationabilis intercedit, qualis est si die profesto non commode reperiantur, qui hæc opera præstent, uel paramenta non fuerint commode tempore subministrata, uel sacrista oblitus est præuenire, tunc cesset omnis culpa: sic Bonac. Azor, Fagundez, Suar. locis citatis. Alia uerò opera diuino cultui remouent, & per accidens conducunt nequaquam licent die festo; quia hæc indifferentia sunt, ut cultui diuino, & hominum corporali seruicio inferuntur: ac proinde de solum ex relatione operantis, & non ex se diuinum cultum spectant; eaque de causa per se seruilia sunt, & illicita sic Suar. di. cap. 2. n. 2. Nauarr. cap. 13. num. 4. Fagundez lib. 1. de quinque Eccles. præcept. cap. 14. num. 6. Bonac. disput. 5. de tertio decal. præcept. quest. unica, p. 3. num. 6. Reginald. praxi, lib. 19. num. 48. & alij apud ipsos. Quæ propter non hec colore agros Ecclesie, portant lapides ad illius ædificium, illam construere; nisi forte Ecclesia ita indigeat his subsidiis, ut absque illis grauem iacturam patiarit, uel Episcopus ob pietatem licentiam laborandi concedat: sic Azor. p. inst. moral. cap. 28. q. 4. S. tertio, Faguna Bonac. Suar. & alij supra.

2 Ex causa pietatis excusantur sepelientes mortuos, curantes infirmos, & quæcumque alia opera de se pia exercentes. Quia hæc est pia necessitas quocumque tempore permittitur. At nequaquam excusantur, qui ut fiant loco publico, uel pio laborant; non enim licet congerere ligna & lapides pro loco publico, & pio ædificando, uias publicas pro uiaoribus sternere, quia hæc omnia per se sunt seruilia, & solum ex intentione operantis sunt pia, & religiosa, quæ intentio non sufficit ad honestandam actionem. A his licet erant laborare die festo, ut ex iure acquisito elemosinam pauperibus erogaret, quod non est dicendum; quia opera præcepta postponenda non sunt supererogatoris: sic Eman. Rodrig. sum. cap. 121. num. 1. & 2. Bonac. di. p. 3. n. 7. & consentiunt Nauarr. Reginald. Caiet. & alij. num. præcedenti relati. Tametsi Eman. Saa, uerbo festum, n. 6. in ead. complet. contrarium uidetur sentire. Inquit enim, excusantur laborantes pro loco pio, & publico. Sed est intelligendum, si tali labore grauius indiget locus pius, aut publicus, aut dispensatio Prælati accedit, quæ facile est concedenda.

3 Ex causa necessitatis tam priuatæ, quam publicæ, tam propriæ, quam alienæ plures excusantur. Quia Ecclesia non intendit cum tanto detrimento legum suarum obseruationem: sic Doctores omnes in seqq. referendi.

Ex hoc ergo capite excusantur. Primò parantes ea, quæ ad cibum, & potum deseruiunt, tametsi superflua sint & potius ad

cap. 18. n. 26. Quia dies festus sanctificatus est, & consecratus ab Ecclesia in diuinum cultum. Ergo quodam modo pbluatur, & uolatur ad actionem peccaminosam, sicut aliis peccatis commissis in templo, templum Dei uolatur. At credo nullam contra religionem peccatum committi, tametsi intra eandem speciem grauius. Priorem partem probosquia non potest esse opus contra religionem, peccatum, nisi ex ipsamet religione prohibeatur. At ex religione seruandi festa non prohibetur peccatum, quatenus peccatum non est, sed solum opus seruile. Ergo peccatum quatenus talis, non est contra religionem festi. Adde, si contra religionem peccaret, qui die festo futurum committeret, posset tamen esse grauius furti, ut merito peccatum mortale contra religionem fieret; quæ enim ratio esse potest quominus crescere non possit usque ad mortale talis oppositio? Quod autem intra eandem speciem grauius peccet, qui peccat in die festo, quam qui peccat in profesto clarum est, nam hæc grauius ex multis capitibus confurgit, tum ex qualitate personæ, tum ex cognitione beneficiorum, tum ex circumstantia loci, tum temporis, &c.

4 Argumenta n. 1. adducta non uigent. D. Thom. namque explicari potest de contrarietate ad finem præcepti, cui peccatum fit graue sit, magis opponitur; quæ opus seruile, non tamen admittenda est doctrina de contrarietate formali ad ipsum præceptum ob rationes dictas. Ad cap. consideret, respondeo loqui de consilio, non de præcepto sic explicat Cuiet. di. cap. 31. num. Suar. cap. 18. num. 17. Nauarr. in di. cap. consideret, num. 32. & alij passim. Adde circumstantiam temporis sepe efficere posse circumstantiam necessitatis confitentiam, uel ratione scandali, uel ratione contemptus, uel si opus ipsum, quo peccatur, seruile sit. Ad textum, in cap. 1. de Peris, dico tibi non esse sermonem de opere illicito utcuque; sed in tali materia, quæ obseruationem festi uolet. Ad rationem concedo festum institutum esse ad Deum colendum, non quibuscumque medijs ex præcepto, sed solum duobus, scilicet auditione Missæ, & cessatione ab opere. Peccatum ergo est siui honorandi Deum opponatur, quia tamen medijs præceptis non opponitur, ideo non est contrarium formaliter huic præcepto. Ad confirmat onem nego specialiter repugnantiam oppositam religioni habere cum ratione peccatum commissum in die festo, potius quam in die profesto, concedo tamen habere specialem; seu maiorem repugnantiam oppositam illi uirtuti aduersus quam peccatum est. Ad secundam confirmationem concedo de loco ad tempus ualidum esse argumentum in iis; quæ in utroque prohibentur: ac sicut non omnia peccata facta in die festo sunt prohibita, sed peccata quæ sunt opera seruilia, sic neque omnia peccata in loco festo prohibentur, sed quæ immunitati illius loci obstant. Ad tertiam confirmationem tam dictum est peccatum improprie dici opus seruile; hoc autem præcepto opus seruile proprium, quale est corporale, manuale, mechanicum prohibetur, non tamen opus seruile spirituale, improprium, & metaphoricum, quale est peccatum.

5 Ex hac doctrina inferunt, primò te non peccare aduersus hoc præceptum, tametsi totum diem festiuum in ludis, conuersionibus, & obiectibus consumas, modo rem sacran audias, & ab opere seruili abstineas; quia alia præcepta actiones non sunt magis in die festo, quam in profesto prohibita. Neque obstat D. August. lib. decem choridis, cap. 3. ubi sic ait: Melius fuerit Iudæus in Sabbato in agro suo aliquid uisile, quam si in teatro seduciosus existeret, & melius feminarum in die Sabbati lanam faceret, quam quod tora die naemonis impudici saltarent. Ergo minus peccatum est ludis, conuersionibus, aliisque prauis actionibus vacare, quam operi seruili inhære. Non, inquam obstat. Fateor namque minus malum esse seruilia opera facere, quam actiones relatas ab August. exercere, sed nego esse minus malum aduersus religionem debitam diei festo; quia aliarum actionum cessatio ex religione non debetur; non enim diei festo debetur absentia illarum actionum, sed aliunde prouenit obligatio. At absentia ab opere seruili diei festo, eiusque sanctificationi debetur; eaque de causa aduersus obseruationem festorum minus malum est operi seruili inhære, quam aliis prauis actionibus incumbere, tametsi secundum se minus malum sit. Nauarr. cap. 6. num. 10. Azor. 2. p. lib. 1. cap. 38. quest. 10. Suar. lib. 2. de festis, c. 18. n. 2. & seqq. Bonac. di. p. 5. de tertio decal. præcepto, q. unica, p. 2. n. 4. Fagund. lib. 1. de quinque Eccles. præceptis, cap. 14. n. 30. & alij apud ipsos.

6 Inferunt secundò te obligatum non esse ex præcepto seruandi festa, contritionem, amorem Dei super omnia, aliisque pietatis opera exercere; tametsi in peccato existas. Quia ut dictum est punct. 4. ex nullo iure habetur te diebus festis obligatum esse alio cultu honorare Deum, quam auditione Missæ, & cessatione ab operibus seruilibus; sed hæc sufficienter fieri possunt, tametsi in peccato existas, neque contritionem habens; alia uero opera pietatis exerceas. Ergo ad illa exerccenda non tenentur: sic Doctores num. præcedenti relati.

EXCUSATIONES

ad delectationem, quam ad sustentationem deseruiant: ita D. Thom. *communiter receptus*, 2. 2. *quest.* 122. *artic.* 4. ad 4. consuetudine namque hoc iam est introductum; sicuti extensum est ad actionem colligendi fructus eodem die, ut saniores, & integrioris sint, & ad actionem occidendi, & excoiandi animalia, præcipue si ratio aliqua necessitatis, vel utilitatis intercedit, qualis est cibaria non esse ita suaui, si alio die disponantur: sic Suar. 2. 1. *de relig. lib.* 2. *de festis*, cap. 21. n. 4. Bonac. *disput.* 5. *de tertio decal. præcepto*, *quest.* unica. *part.* 3. num. 9. Secundum, excusantur coquentes panem, si plures festiuitates concurrant; quia regulariter in extremis virget necessitas coquendi. Tum quia panis coctus non est sufficiens, tum quia non est satis aptus, Azor. 2. *p. lib.* 1. *cap.* 27. *quest.* 2. Tertio, excusantur curam habentes molendini aqua, vel vento agitari; quia paruum, vel nullum laborem habent. At si fiat alio instrumento, vulgo atona, quia gravem laborem continet, nequaquam licet, nisi aliqua necessitas grauis urgeat: sic Eman. Rodrig. *sum. cap.* 12. num. 4. Bonac. *disput.* 5. *de tertio decal. præcepto*, *quest.* unica. *p.* 3. num. 9. Quarto, excusantur Chirurghi, Medici, Pharmacopolæ medicinas die festo parantes saluti infirmorum pro illo die necessarias; aliæ autem nequaquam licet; quia illarum nulla est necessitas: sic relato Soto, & Sayro, tradit Bonac. num. 10. Suar. *cap.* 2. 1. num. 7. Azor. *cap.* 27. *quest.* 2. Quinto, excusantur agricola, qui ingruente pluvia laborant, ut segetes tueantur, vel qui ob venti commoditatem pergant triticum in area, aut fructus colligunt, aliter periculum timentes; quare regulariter tempore messis, vel vindemiarum datur sufficiens causa laborandi saltem eum dispensatione; quia regulariter est periculum aduersi temporis, & grauis damni, Suar. Bonac. Azor. *supra*. Fagund. *lib.* 1. *de quinque Eccles. præcept.* *cap.* 14. n. 1. Sexto excusantur, qui ni laborent die festo non possunt se, suamque familiam sustentare, sed non debent laborem prorogare ultra id quod sibi necessarium est; insuperque debent audire Missam & vitare scandalum, quare non publicè sed secretò labori incumbant, Azor. 2. *part.* *lib.* 1. *cap.* 18. q. 4. Suar. *lib.* 2. *de festis*, *cap.* 3. num. 2. Tolet. *lib.* 4. *sum. cap.* 25. n. 3. Fagund. *de quinque Eccles. præcept.* *lib.* 1. *cap.* 14. n. 7. Bonacin. *disput.* 5. *de tertio decal. præcepto*, *quest.* unica. *p.* 3. num. 17. Septimo, excusantur regulariter filij, serui, aliæque personæ subiectæ, quæ à Domino compelluntur laborare; quia si ei non obediant, graue damnum patientur; quia vel domo expellentur, nec facile inueniant, cui inseruiant, vel Dominum in festum habebunt, vel solutio debiti salarii differretur, aut non obtinebitur, & alia huiusmodi quæ graua reputantur: sic Nauarr. *cap.* 13. num. 7. Azor. *cap.* 28. *quest.* 5. Fagund. *lib.* 1. *cap.* 14. num. 9. Et 12. Bonac. *part.* 3. num. 16. Suar. *cap.* 32. num. 4. At est aduertendum, ne in contemptum festi compellantur laborare; quia tunc mors potius subeunda esset, quam iniquis mandatis obedire: sic *præcatori Doctores*. Octauo, excusantur coquentes lateres, tegulas, vitrum, aliæque similes actiones præstantes, quæ sine graui iactura omitti non possunt, & in diem profectum differri: sic Suar. *c.* 32. num. 3. Et 4. Nauarr. *c.* 13. n. 7. Fagund. *lib.* 1. *de quinque Eccles. præcept.* *c.* 14. n. 15. Bonac. *de tertio decal. præcepto*, *disput.* 5. *q.* unica. *p.* 3. n. 13. Nono, excusantur ob necessitatem publicam die festo laborantes; si enim propria necessitas laborem honestat, à fortiori publica honestare debet, quæ particulari præferenda est, sic excusantur resicientes pontes, fontes, vias publicas, quæ sine graui iactura boni communis differri non possunt. Item remigantes die festo, iter facientes onustis mulis, quando sine graui incommodo, vel proprio, vel alieno cessare non possunt. Suar. *cap.* 32. num. 4. Et 5. Fagund. *cap.* 14. num. 23. Bonac. *p.* 3. num. 12. Azor. 2. *t. lib.* 1. *cap.* 28. q. 4. Et 5. Extendunt tamen Suar. Azor. & Fagund. supradictam ad laborantes in occasione alicuius lætitiæ publicæ, parantes vestes, stuentes tabulata, portantes arma, fabricantes instrumenta lætitiæ, quando alio tempore profecto præueniri non possunt, quia hæc signa communia lætitiæ sunt reipublicæ necessaria. Decimo, excusantur piscantes quoddam genus pis-

cium, quod vno tempore determinato apparet, & statim discedit, cuiusmodi sunt, Tumni, alecia, faria, &c. quia huiusmodi capture amissio reputatur graue damnum, & ita hæc piscatio à iure conceditur, in *cap. licet de Ferijs*, exceptis maioribus festiuitatibus, Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Pentecostes; sic Nauarr. *dit. cap.* 13. num. 9. Fagund. *lib.* 1. *cap.* 14. num. 13. Bonacin. *disput.* 5. *de tertio decal. præcepto*, *quest.* vn. *p.* 3. num. 15. Azor. 2. *t. instit. moral.* *lib.* 1. *cap.* 28. *quest.* 1. 1. & alij. Extendunt tamen supradictam doctrinam aliqui ad quemlibet laborem necessarium, ne lucrum aliquod graue amittatur, quia illa amissio reputatur damnum, ac proinde iam virget necessitas: sic indicare videtur Bonac. *loc. allegat.* At omnino talis extensio repellenda est, aliis nulla esset obligatio seruandi festos, siquidem cuiuslibet videri posset, non parum lucri amittere non laborando, aut enim tale lucrum est necessarium ad alicuius sustentationem determinatè, vel non? Si non est necessarium non est causa sufficiens ad laborem honestans, quia obseruans festa, & lucrum non acquirit non grauat; secus verò si cogereur ea, quæ iam habet amittere, aut grauem necessitatem ob amissionem lucri pati: sic Suar. *lib.* 1. *de relig. lib.* 2. *de festis*, *cap.* 3. num. 9. Neque obstat supradictum, *cap. licet de Ferijs*, ubi ob lucrum acquirendum datur facultas piscandi; quia inde optimè colligitur sine tali facilitate non fore licitum. Deinde illa piscatio non credit in villagem priuatam tantum, sed potius commune; ac proinde ob reipublicæ necessitatem, & bonum illius talis facultas conceditur, quæ ad alios casus dissimiles extendi non debet. Vnde cum, excusatur laborans ob vitandum aliquod peccatum, qui enim timeret probabiliter orium sibi fore occasionem peccandi, aliquantulum laborare posset: sic Eman. Saa, in *utraq. edis.* num. 6. quia tunc adeest necessitas spiritalis, quæ efficacia excusat, quam corporalis. At raro existimo seuile opus medium esse necessarium ad vitandum periculum peccandi; siquidem lectione, oratione, scriptura, aliæque recreatione honesta vitari potest æquè, ac opere seruilis peccati periculum.

Aduerto tamen supradictas causas religionis, pietatis, & necessitatis excusantes laborem in die festo debere esse moraliter certas, & indubitatas. Nam cum præceptum seruandi festa certum sit, extra debet esse causa illius obligationem tollens: sic Nauarr. *cap.* 13. num. 16. Reginald. *prox. lib.* 19. num. 50. Suar. *cap.* 32. num. 3. Et 4. Bonac. *p.* 3. num. 14. Fagund. *lib.* 1. *cap.* 14. num. 26.

Ex vltimo capite dispensationis excusantur ij, quibuscum Prælati dispensat. Pro cuius explicatione notandum est festa esse in duplici differentia. Alia sunt ex iure communi, alia ex constitutione Synodali. In festis Synodalibus, si Episcopus, vel eius Vicarius absque legitima causa dispensationem concedat, valet dispensatio; secus verò in festis iure communi obseruandis, vt late diximus, *tit. de legib. disput.* *vt. de dispensat.* Causa autem sufficiens, vt Prælati in iis dispenseret, arbitrio prudentis relinquunt; si enim dispensatio generaliter est concedenda, causa communis adesse debet, at si aliquibus personis tantum, causa specialis sufficit, hæc autem ad pietatem, vel ad necessitatem reducenda est. Potest enim Episcopus, vt promoueat aliquod opus pium, facultatem concedere tali; vel tali die laborandi, tibi autem specialiter concedere potest, vt aliquam iacturam euitet, quæ licet grauis non sit, & quæ se sola absque dispensatione excusaret, at præbet sufficientem occasionem dispensandi. Sub nomine Episcopi comprehendendo quemcumque habentem iurisdictionem quasi Episcopalem, Abbates exemptos, Capitulum sede vacante, Superiores religiosorum congregationum, suorum subditorum, *Glossa. in cap. quemquam, de usuris, in 6. verbo loci ordinario, Azor. 2. p. instit. moral. lib. 2. cap. 28. q. 5. Fagund. lib. 1. cap. 14. num. 28.* De parochia autem dicendum est ex recepta consuetudine hæc potestatem dispensandi gaudere, quoties Episcopus adiri nequit, ne fideles remedio destituantur: sic aliis relatis docent Azor. *cap.* 28. q. 6. Suar. *cap.* 33. num. 2. Fagund. *num.* 27. Bonac. *p.* 3. in *fin.*